



VITÉZ JÁNOS

NAGYVÁRADI PÜSPÖK.



ZREDNAI VITÉZ JÁNOS
NAGYVÁRADI PÜSPÖK
POLITIKAI BESZÉDEI

ÉS

AENEAS SYLVIUS PICCOLOMINI

VITÉZ JÁNOSHOZ INTÉZETT LEVELEI

1453—1457.

A BÉCSI, FLÓRENCZI, MÖLKI ÉS MÜNCHENI KÖNYVTÁRAK
CÓDEXEIBŐL ÖSSZEGYÜJTÉ

ÉS

A NAGYVÁRADI L. SZ. KÁPTALANBAN KANONOKI JAVADALMÁNAK ELFOGLALÁSA ALKALMÁBÓL

KÖZREBOCSÁTJA

FRAKNÓI VILMOS.



BUDAPEST.

1878.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

R
1977

NAGYMÉLTÓSÁGÚ ÉS FŐTISZTELENDŐ
LIPOVNOKI
LIPOVNICZKY ISTVÁN

NAGYVÁRADI L. SZ. PÜSPÖK ÚRNAK, Ő CS. ÉS AP. KIR. FELSÉGE
V. B. T. TANÁCSOSÁNAK S A T.

A NAGY ELŐDJÉT
ILLETŐ TÖRTÉNETI EMLÉKEKET

HÓDOLATA JELÉÜL AJÁNlja

A KIADÓ.



M.ACADEMIA
KÖNYVTÁRA



BEVEZETÉS.

Qtődik László királyt a magyar és osztrák rendek erőteljes föllépése 1452 végén kiszabadítá Fridrik császár önző gyámsága alól. Bár alig érte volt még el tizenharmadik esztendejét, haladék nélkül személyesen vette át országainak kormányát. Első tette az volt: hogy Vitéz Jánost magyar cancellárjává nevezte ki. A nagyvárad püspököt ezen, egy gyermek-király oldala mellett kétszeresen fontos állásra, magas képzettségén és az országos ügyek vezetésében másfél évtizeden át szerzett jártasságán felül, főleg az ajánlotta, hogy kineveztetése megnyugtató Hunyady Jánost, kinek barátságával dicsekedett, és az ország rendeit, kiknek bizodalmát teljes mértékben bírta.

És ő csakhamar egészen kezeibe ragadta az országos ügyek vezetését. Azon nagyjelentőségű tárgyalásokban is, melyek az európai hatalmakkal ez idő tájt megindultak, rendesen ő képviselte királyát és hazáját.

Mert Konstantinápoly eleste (1453. május 29) felriasztá a keresztény hatalmakat tétlen közönyösségükből, melylyel a törökök előnyomulásának ekkorig tanúi valának. A közös erővel megindítandó hadjárat tervével, melyet V. Miklós pápa ismételve megpendített, élénken kezdének foglalkozni.

Csak Fridrik császár szemlélte egykedvűen, úgy szólván kárörömmel a veszélyt, mely első sorban Magyarországot fenyegeté.

Vitéz János Aeneas Sylvius által igyekezett reá hatni, ki mint bizalmas tanácsosa számos évek óta tartózkodott a császári udvarnál.

A nagyvárad püspökök között régóta benső baráti viszony állott fenn, melyet szellemi irányuk rokonsága és közös irodalmi foglalkozásaik mind szorosabbá fűztek. Sűrű levelezésben állottak egymással. Vitéz

levelei, sajnos, nem maradtak reánk. Aeneas Sylvius levelei közül csak tízet sikerült ekkorig felkutatni. De ezek is eléggé tanúskodnak azon nagy tiszteletről, melyet a magyar főpap iránt táplált¹⁾.

Vitéz, hogy őt uralkodójának és hazájának még inkább lekötölte, V. László által leveleket íratott a pápának, kitől részére a bibort kérte. Aeneas Sylvius meleg szavakkal mondott köszönetet közbenjárásáért. És bár ez eredménytelen maradt, hálásnak bizonyította magát. Egyik munkáját, mely az 1454-ben tartott regensburgi birodalmi gyűlés történetét tartalmazza, Vitéznek ajánlotta.²⁾

És miként ezen regensburgi, valamint később a frankfurti birodalmi gyűlések létrejötté, főleg Aeneas Sylviusnak volt köszönhető, úgy az ő ékes-szólásának és buzgalmának volt eredménye a frankfurti gyűlés határozata: mely az 1455. tavaszán, a törökök ellen megindítandó hadjáratra, nagy sereg kiállítását határozta el.

A hadjárat részleteinek megállapítása céljából Német-Ujhelybe, a császár elnöklete alatt 1455. február 2-án megnyitandó, congressus hirdettetett, melyre az összes keresztény hatalmak és a magyarországi rendek is meghivattak.

V. László, ki a császárral folyvást feszült viszonyban állott, nem jelent meg. Követeket küldött, kiknek vezére Vitéz volt. Őt kérte fel a magyar rendek küldöttsége is szónokul. És így márczius 23-án, a király és az ország nevében tartotta nagy beszédét. Ebben fájdalmasan emlékezve meg a görög birodalom enyészetről, élénk színekkel ecsetelte a törökök kegyetlenségét, és a veszélyt, melylyel az egész kereszténységet fenyegetik. Fejtegette, hogy mennyire szent, hasznos és szükséges a tervezett vállalat. Közlé a magyar országgyűlésnek ezen hadjáratra vonatkozó határozatait. Előadta, mennyire ég a nemzet a vágytól: megküzdeni a kereszténység esküdt ellenségével. Kérte a császárt, eszközölje a frankfurti megállapodások valószínűsítését. Biztosítá, hogy Isten győzelemre segítendő fegyvereit³⁾.

E beszédre, a császár nevében, Aeneas Sylvius válaszolt, magasztaló kifejezésekkel halmozva el a szónok ékesszólását⁴⁾.

1) A tíz levelet a jelen kiadvány második részében közlöm.

2) Az ajánlólevelet és egy erre vonatkozó levelet közlöm a IV. és V. szám alatt. A munkát kiadta Mansi, *Orationes Pii II.* (Lucca 1757) III. 1–82. lap.

3) A beszédet az I. szám alatt közlöm.

4) „Si mihi . . . — így kezdi — tanta dicendi vel copia vel gravitas esset, quantam hodie facundissimus et sapientissimus waradiensis ecclesie pontifex . . . pre se tulit . . .” És alább: „Hec sunt que reverendissimus episcopus waradiensis . . . in medium protulit. Summam retuli, non verba; ille namque copiosissime et ornatissime peroravit, cum multo splendore ac maiestate verborum; ego nudam sententiam repecii.” (Kiadta Mansi, i. h. 316–330. ll.)

És csakugyan a beszédet mintaszerűnek tartották kortársai. A mint azt a müncheni codexben megőrzött másolat is hirdeti, mely iskolai használatra készült, és oldaljegyzeteiben annak a retorika szabályai szerint való elemzését tünteti fel.

Öt nappal utóbb egy második, rövidebb beszédet is tartott, melyben az uralkodója s a császár között fennforgó nehézségek kiegyenlítéséről szólt.¹⁾

Azonban Vitéz igyekezetei nem voltak sikeresek. A császár és a király közötti viszony nem javult. A török elleni hadjárat pedig a következő évre halasztatott. Ezen utóbbi határozatra ürügyet V. Miklós pápának ez időtájt bekövetkezett halála szolgáltatott.

Utóda III. Calixtus pápa lelkesen karolta fel e hadjárat eszméjét. E célból követeket küldött az európai hatalmakhoz. Magyarországra Carvajal bibornok ment.

Ez 1456 elején jelent meg a Prágában tartózkodó magyar királynál. Itt ünnepélyesen fogadtatott, a mely alkalommal beszédére a király nevében ismét Vitéz válaszolt. Dicsőíté a pápa buzgalmát. Igérte, hogy a magyarok híven fognak megfelelni a várakozásnak. Egyébkint általános nyilatkozatokra szorítkozott; a részletek megbeszélését későbbre tartva fenn.²⁾

Az új pápánál Vitéz ismét tétetett lépéseket királya által, Aeneas Sylviusnak bibornokká neveztetése érdekében.

És a pápa az 1456-ik év végén meghallgatta kéréseit. Aeneas Sylvius két levélben köszönte meg Vitéznek jó szolgálatait.³⁾

„Soha sem fogunk — írja többi között — megfedkezni arról, mennyivel tartozunk Magyarországnak, királyának és Néked.“

És csakhamar alkalma nyílt bebizonyítani, hogy ígérete több volt üres phrásisnál.

1457 elején, Vitéz János, mint részese az állítólag Hunyady László által a király ellen szőtt összeesküvésnek, tulajdonképen mint a Hunyadyház ellenségei gyűlöletének áldozata, elfogatott és előbb Budán, később Esztergomban őrizet alatt tartatott.

Midőn erről Aeneas Sylvius értesült, azonnal nagy tevékenységet fejtett ki barátja érdekében. Rábírta a pápát, hogy V. Lászlóhoz intézett levélben Vitéznek szabadonbocsátását kérje. Majd mikor néhány héttel utóbb Roborella Lőrincz érsek, mint pápai nuntius, a királyhoz küldetett, ez egy második

¹⁾ E beszédet a II. szám alatt közlöm.

²⁾ A beszédet a III. szám alatt közlöm.

³⁾ A két levelet a VIII. és IX. szám alatt közlöm.

pápai iratot vitt magával, melyet azon esetre, ha az első hatástalan maradt volna, kellett átnyújtania.

„Mi eszközöltük ki mindezt — írja Aeneas a királyi titkárnak — indítatva régi barátságunk által, és azért is, mert ártatlansága felől meg vagyunk győződve.“¹⁾

E levelek nem hatástalanok, de feleslegesek valának. Vitéz János már korábban visszanyerte szabadságát.

Aeneas Sylvius meleg hangon irt levélben tolmácsolta örömét, elmondva mint osztozik ebben az egész pápai udvar.²⁾

A királynak is irt. „Midőn — úgy mond — a mult napokban értésemre esett, hogy János váradi püspök Budán elfogatott, s hogy ez a Te parancsodra történt: két oknál fogva fájdalmasan hatott reám e hír. Egyfelől a kitűnő főpapnak, kihez benső barátság csatol, szerencsétlen esete részvételemet ébreszté fel; másfelől sajnálattal szemlélém, hogy hírnevedre homály borúl, midőn a főpapot, ki fenséged körül nagy érdemeket szerzett és tudományossága által kitűnt, börtönbe vetetted . . . Most azonban szabaddulásának híre annál nagyobb örömmel töltötte el a pápai udvart . . . Engem pedig ezzel nem kevésbbé köteleztél le mint magát a püspököt.“³⁾

Kevéssel utóbb mindkét lángszellemű főpap életében nagy fordulat állott be. Vitéz János Hunyady Mátyásnak magyar királylyá választása által a hatalom és befolyás még magasabb fokára emelkedett, mint a melyet előbb foglalt el. Aeneas Sylvius pedig, II. Pius neve alatt, szent Péter trónjára emeltetett.

A tevékenység új pályatere nyílt meg előttök; a melyen, a közös szent érdekek biztosításán közreműködve, szintén gyakran találkoznak.

¹⁾ 1457. július 3. Ki van adva; a bási kiadásban (1551) a 271. szám alatt.

²⁾ E levelet a X. szám alatt közlöm.

³⁾ 1457. augusztus 10. Ki van adva; a bási kiadásban a 370. szám alatt.



I.

VITÉZ JÁNOS

POLITIKAI BESZÉDEI

1455—56.





I.

1455. Márczius 23.

Vitéz János nagyváradi püspöknek, a német-újhelyi congressuson, V. László király és a magyarországi rendek nevében tartott első beszéde.

Pulsatis merore publico animis occurrit te preside clarissime Cesar beati rumoris opinio, tremulis hac facie rerum pectoribus consolatrix idonea. Quapropter suasum habemus Imperator religiosam dignitatem tuam, et nomē et animum augustum pre se ferre, atque inter hec impia tempora pia vota seruare, pia vota suggerere. Spirat hec opinio carum tui principatus odorem, predicat fidei debitum, sonat imperialis glorie officium, que tanto facilius abs te profecta creditur, quanto magis profectura optabatur. Nam licet in eam tempestatem inciderimus, in qua, ut aiunt, prona est timori semper in peius fides; videris tamen spem dare dubie menti, ut te principem rei publice natum, memorem sui nominis, imitoremque maiorum fore, sicuti maxime cupimus, ita et prompte crederemus. Nihil certe dignius vel exspectari a te, vel exhiberi potest, quam ut inter has sancte fidei nostre angustias, auguste spei suasorem, ut vere glorie sectatorem te futurum, verbis doceas, factis commonstres. Quid enim, ut priores docti asserunt, apud te videri poterit indignius, quam si ipsa, excitatrix exercitatrixque forcium animorum, gloria latebris studeat, et dissimulando velit videri auccior, que negligendo probatur augustior. Mirabilis namque vere glorie condicio est, ut non possit presentari

augusta, nisi prius appareat sollicita. Beatissimus pontifex noster, magno studio, magno ardore et animo huic pariter solitudini non defuit, quo et fidelium lachrymis et fidei necessitudini consulatur. Executus est patris et socii patientis et compatientis officium; impendit uberes lacrimas; in funere mundi succrescente malorum sensum aperuit; primusque monuit primipilare crucis vexillum suberigere, quo preuio pia pro Christo gererentur bella, salutare in utramque partem fortune habituros triumphos; misertus scilicet miseriam temporis huius, in quo redemptarum animarum nec casus satis reputatur nec salus, quin ymo cristiane libertatis gloria vesanie barbarice succidanea prosternitur. Eadem itaque mente benignus dei spiritus et clemencie sue solitudinem et curam tui cordis accendit, ut remediis celerius procurandis, eadem utrique cuperitis, ne forte segnius tractata perniciēs, reatu curacionis neglecte inuolueret saucios pariter et medentes. Gloriosum sane principum par summa rerum auctoritate insigne, salutaris voti qualitate insignius, cui est alta in consorcio potestatis dignitas, in maiestatis discrecione rectitudo, cuique super hec iocundior accessit nunc equa religiose mentis convicio, tanto nimirum copulacior, quanto visa est et animo similior et recta voluntate vicinior. Nichil enim copulatum dicitur quam sollicitudo voluntatis bone; hac sola vel precipua nostra spes reficitur, hec potens futura creditur, sera iam afflictorum et quasi functa cursu fata euincere, medicasque artes acceptis in vulneribus adhibere. Quamobrem rectissima fuit nobis bone opinionis ratio, dum percepimus excellenciam tuam desiderio summi pontificis sua vota equasse, quo utriusque gladii potencia insuperabilior fieret. Gratissimum tamen expectationi nostre accessit, quod huius propicie mentis et magnifici animi, non modo propositum, sed et ardorem suscepisse videris. Dux et auriga eius consilii sponte factus, per quod ex ingenito cristiane necessitudinis debito experiri libebit, quantam vim habeat et religionis nostre bonitas et fidelium principum potens ac patens nobilitas. Qua in re cum hoc tuo sancto desiderio digna equitate confertur, ut quem statum cupis esse religioni, eundem sis habiturus et regni. Iamque id solum opere precium foret, ut tardo principio cicius uteris, speraturus illius auxilium, cuius tuendam suscipies veritatem. Michi vero hac vice id officii iniunctum est, ut ignee virtuti tue, ardentissimoque animo, flammam etiam, si flatu meo fieri possit, adiiciam; eo maiori cura, quo propius metum res concessit. At ego inprimis fateor, non opus esse, ut exciteris ad rem ipsam quam paras; paciari modo, ut inciteris; in qua demum specialius actrici sumus et amplius apud maiestatem tuam, ut apud patronum cause huius potius quam iudicem, quo equius et tuos sensus in ea re aperias et nostros deprehendas. Bellum graue illatum est non vectigalibus tuis magnifice imperator, sed fidei consortibus, qui tibi cultura veri dei socii sunt, vera religione comites ac veri regni expectatione coheredes, veterana pestis multum florem magnumque fidelium robur depasta hactenus

ledendo creuit et crescendo lesit. Hoc bello consumisimus enim, hoc bello omnia grauia vidimus, et proh dolor quid mali non vidimus; in hoc denique bello omnis cristianus velut iniuriam faciens passus est iniurias, in qua quidem calamitate comuni ratio perdiderat sua iura offendi crebrius quam deffendi voluimus. Cristiana societas secum ipsa discors, pereundi, perdendique occasionem prebuit. Inde fax impugnacionis, inde origo aucta ignominiam fidelibus grauiorem intulit cum vulnere. Pluris enim constat quam misera vita et mundus, quod turbatur fides utputa salusque. Nouissime horrendum diuorcium inter fidei comites deploratum est. Apicem orientalis imperii hostilis rapacitas sustulit, cum quo simul ibi iusta et legitima imperia occiderunt. Profunde percussi sumus digne promeritis dure periuribus. Deseuit in nos Turci hostis perdiues malicia, nostris adaucta erumnis, nostro dedecore decorata exultat et insultat. It in omne nefas, studet, potentatur, spirat minas ac cedes, speratque ut iam Iordanus totus influat in os suum. Quibus rebus tandem iure moti ac digne conseruati catholici principes vota emmittunt, signa demonstrant, per que contacta hucusque eorum virtus, si non optabile, necessario tamen isto tempore illustrari queat. Volunt, ut audimus, sese non amplius reputari spectatores ociosos aliene calamitatis, ne finis prioris mali gradus sit futuri. Et imprimis quid summus ipse monarcha summus pontifex noster, credito sibi rite fungens officio, id quod debuit in rebus fidei totum protulit et totum obtulit. Multi alii primores orbis principes in idipsum exhortati in eandem sententiam pedibus eunt. Idem in Ratispona nuper pie susceptum, post in Franchfordia salubriter decretum, nunc ut exequendum promoueatur, ad te perlatum est. Ad te inquam imperator excellentissime, cui primum in orbi gladium creditum scimus ad vindictam malorum iuxta apostolicam vocem, laudem vero bonorum. Bello autem ad bellum citaris. Iure quidem te imprimis, quem ceteris fidelibus libertate parem nouimus principem dignitate, ut et sociorum salutis vindex sis et custos tue. Hostis tibi contumeliosus est semper instans, semper rapiens, nec verax fide, nec veritatis amicus. Subegit orientale imperium, quod olim tuis predecessoribus collaterale fuit, occidentale tuum petit, bello iudice acturus de condicione qua vel male moturi vel nec victuri quidem sumus. Egregie inquam in utroque conuentu Alamanie oratores excellencie tue rei huius condiciones rimati, de tuo pio, christiano et augusto animo, item de belli huius iusticia, utilitate et qualitate disseruerunt. Magnifico videlicet et prudenti sensu aperientes multis rationibus et exemplis quid erubescendum nobis, quid agendum et quid sperandum foret. Cognouimus certe illis auctoribus sententiam deuoto imperatore dignam, necessitate quidem probatam, voluntate gloriosam. Que ut fidelissima fuerit, felix ut sit futura, optamus. Hanc nostri primores, nos quoque ipsi sequentes, bellum ipsum iustum, utile et facile satis superque reputauimus, hoc duntaxat reliquum ducentes, ut de eiusdem iusti, utilis et facilis belli, pietate, oportunitate et

necessitate pauca in medium proferamus, eo maiori proniorique animo, quo attenta simul et intenta tot principum facies magis allicit ad dicendum. Et quidem par esse officio nostro arbitramus, ut qui vicaria nunc relatione te ad hoc bellum incitaturi venimus, et bellum ipsum et pietatem eius primi coram astruamus. Atque opus est forte apercius cognoscere pium esse hoc bellum, quod iustum fore declaratum est. Bellum igitur tibi proposuimus Imperator Serenissime, quod Turchus hostis iam dudum christiano orbi intulit. In Asiam primum ex Scythis comigrans, post in Europam allapsus. Tanta est vehementia in hoc bello gerendo, tanta sedulitas fuit, ut vix diem interesse, vix quidem horam recolatur sponte passus inter christianam pestem et suam predam. Odium ei precipuum in christi cultores singularis quedam seuicia suggerit ac desperata condicio sua gloriam reputat Deo nobis nato frui solacium, quod ducit fungi malignitate et pene mora. Porro si equo animo audies paulo lacijs pietatis probande causas et acte impietatis effectus recognoscas, facile potius quam cognoscas bellum ipsum, quod nunc te auctore decretum est, non magis pium esse dum sumitur, quam impium si omittatur. Nec te in hoc res turbabit incognita, qui plerisque querulis patientibus compassus es, et nostro, ut aiunt, doluisti sepe dolore. Taceo de iniurijs diuine bonitati irrogatis, quae corde apcius quam ore pensanda puto. Pretereo fidei nostre preciose damna fidelium clara funera, ac in nostra prophane gentis eiusdem prophana facinora, ab exordio illati belli cumulata, satis erit nouissimos casus attingere lacrimosis annalibus dignos. Orientale imperium ab olim infesta, diuturnitate oppugnatum, hostili tandem mole, sociorum desidia, et omnium christianorum graui infamia subuersum est, ac tetri hostis calcaneo proculcatum. Orientalis ecclesia, precipua olim fidei nostre basis, in dispersionem acta, captiue religionis condicionem deplorat. Templum ciuitatis regie, quod manebat adhuc ab omni praua contagione intactum, et amarioribus nostris captiuis perdurauerat asyllum, eius dedecore prophanatum, omni immundicia pollutum cognouimus. Quid de ceteris templis, quid de clero, quid de salutaribus ecclesie sacramentis, quae vasa quedam gracijs confitemur, quid denique de violata sanctorum reuerencia, dignum pietate referam. Omnis fama illius calamitatis moris est vero, appellaciones certe admissis facinoribus desunt (?). Ara illesa nusquam nec immolacio tuta, sed nec libamina legitima, preuaricacio tamen est et lapsus continuus et mina multorum. Delectatur hostis contaminasse loca sancta, quae iuxta religionis morem, vidit dominus supplicationibus consecrata, predatur pietatem, impietatem auget, tyrannidisque suae asueta sacrilegia piorum cruore delibat. Videres nunc deuotissime Cesar in urbe et regione illa nichil sancti, quod non corrui nichil iniqui quod non inualuit. Videres continuum hostilem fremitum, continuum gemitum seruilem; horum casum, illorum plausum. Videres, inquam per singula fere horarum discrimina ex mutua commisera-

cione piorum tam tristes integrari lacunas, ut tota illa patria migrasse putaretur in funera. Subacte sunt condicione simili et plures partes Grecie, pluresque christianorum familie, que omni seruitute graui, opprobriis variis, preda et ruinis ac insueto (?) commercio deformatæ, quid aliud quam dei iram, iniuriam sonant. Nec tempus eis faciet erumnas leues, si malorum sensus in dies accrescet, in hiis impius hostis prosequitur pium Christum, hunc crucifigit in membris ut reum, quem non credit crucifixum hominem deum. Heu pietas, heu prisca fides, ubi cristiana compassio, ubi gratitudo debita, quam quidem et brutis insitam cognoscimus, turpe est cristianis abesse pectoribus. Grati profecto erunt qui pietatem reddunt deo, piam compassionem proximis; ambo hec salutaria sunt, si non ambo suauiæ. Compassio enim acerbiter habet, sola pietas consolacionem. Nempe Grecia in amaritudine degit, occupatque memoriam eius tristis recordacio felicitatis sue, ex libertate in seruitutem redacta est, imperatrix imperia patitur, nec minus eam domini pudet quam seruitutis. Quo autem pacto gens illa recte persistit in fide et obsequio redemptoris sui, dum se sentit infideli imperio oneratam, seruitutis mole grauata, terreno illigata iugo, infirmam, despectam, implicatam, multis terroribus, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, ac pluribus necessitatibus erumpnosam, procliue ad labendum, inualidam ad resurgendum. Unde hinc spes, unde hinc fiducia. Sola pietas cristiana remedio queritur, ut ad deteriora non prosileat in crimina sua, dum configitur spina. Nunc itaque ipsa Grecia et cum ea omnes pariter afflicti vos appellant, vos interpellant, vos deprecantur ut assistatis; et si ausim dicere deum contestantur, si non astiteritis. Erit igitur pius dolor de iactura fidei et periculis sociorum. Verum si diuturnus non existat, necesse est ut interpoletur leta intencione succurrendi et consulandi afflictos, ne forte pre tristitia indurentur corda et desperatione plus pereant. Quod si pium fuit olim conuertisse incredulos ut viverent, quanto magis pium erit conseruare credentes ne pereant. Si impie oppugnantur ab hostibus, impie deseruntur a sociis, dum et ipse doctor gencium anathema esse cupiebat pro fratribus. Enim vero et si quid distare inter pietates solet, illa utique maior est que pro deo, nec minor que pro fide impenditur. In hac aerie potestates, pro hac eorum complices debellant. Hec est fides falli nescia, pietati indiuidua, hec inuisibilia comprehendit, hec non sentit sensus penuriam, denique transgreditur et fines rationis humane, nature usum et experientie termino exuperat. Hec nunc inpugnatur in nobis, hec suffocatur in sociis, presertim qui obnoxiam carnificis arbitrio animam ducunt. Quam ob rem si quem hec fides sacra delectat, illum iacture eius pigeat, et ob illata eidem impia ludibria, pie sit pars milicie, piaqua arma suscipiat, quibus confortentur parcium afflictarum christicole, velut quos palantes certo de tramite error pellit. Placet equidem cunctis vita, securitas, sed ei magis qui timuit; iocunda est libertas

omnibus, sed euadenti de seruitute iocundior. Transisse de seruitute in libertatem libertatis gratiam conduplicat. Quod quidem quam oportune agendum se offerat, hinc facile aduertendum puto. Hactenus interna discordia venenum fuit orbi nostro. Magna hinc ratio erat, et magna occasio permittendi hostibus cristiani sanguinis usum. Madebat orbis mutuo cruore, mutilus adurebatur facibus et non erat modus foris arma conserere, que intrinsecus urgebantur. At nunc ex dono diuino principes nostri catholici flexisse videntur propositum, et cure priori aduersi eunt. Moliuntur sese probe concordie pace ligare, potentesque vires in unum conferre pro Cristo, fundunt iam passim instructa caritate corda, vota sanctissima intusque zelo dei incalcescente pectore liquefactus pietatis adeps foras manare cupit per opera. Communibus armis non priuatis studium datur, communibus commodis cura impenditur. Vix unquam voces, vix consilia audita sunt plura virtuti cristiane consentanea, in qua omnis fortitudo contraria debellanda feliciter protenditur, fugatura demones, et pios homines defensura. Iam iam rationi ad opitulandum sociis facile consentiunt, faciuntque de necessitate virtutem, dum nulla esset virtus sine conueniencia voluntatum. Pax et vota Ytalie iam pridem audita iterato renouantur. Decreta Alamanie, cum magna tua et tuorum principum laude, publicata, in manibus extant; milite solo et duce, ac eundi modo tempus eget. Accedit huc, quod hostis noster recenti clade Constantinopolitana et superbus et tumidus, bonum nobis si voluerimus et malum de se indicium monstrat. Nullo crudelitatis, nullo furiarum genere vacat, iactantie studiosus et arrogancia elatus super omne quod presidet, soli adhuc deo et Machometi paululum defert, ira vehemens fertur, ambicione iactatur, odio furit carnalis ille illecebris et omni luxu quam sepius occupatur, que omnia spei nostre non parum vigorem afferunt, quandoquidem ubi hi officiant animus parum prouidet. Sola adhuc eum seuicia armat, in quo magnum sortitus est principatum. In hac cum omnes parentes vicerunt, interdum inhac et se ipsum vincit, dum a prauitate inhumana nec innocencia sistitur, nec paciencia retardatur, nec humano timore frenatur, nec inhibetur pudore, pernix (sic) et pronus ad omnem ferociam potencia terrena et pompa mensura nescia comitatus presertim cum respondeant et plurimi effectus potencie sue et plausus pompe arrideant sceleribus perpetratis. Cum autem consilii diuini condicionem illam fateamur precipuam, et superbis resistat, humilibus det gratiam, recte clementi eius iudicio actum credi potest, ut veris confessoribus suis donaret pacis animum quo surgerent, et falsis cultoribus superbie permetteret spiritum, quo laberentur. Deo igitur et ratione fauente, arripiamus hoc tempus quod ad nos transmissum et in quo honori inque votis nostris te preside delatum videmus, nec transmittamus in posteros negligencie culpam, qui nos ignauos precessores suis tandem successoribus commendarent. Minimis certe momentis et rerum et temporum

inclinaciones fiunt, cum in omni casu, tum in pacem maxime generali servanda qui instat pelagi crebris fluctibus agitur. Habes Imperator aptissimam oportunitatem huius belli, ad quod non impetu vano sed consilio euocaris. Decerne ergo vires, amicas coerce et auro animosam cristianorum inueteratamque passionem sanandam suscipe, vince post tot funera et orbis tui iacturam, iustis armis ulciscere. Nusquam minus induciarum est, quando cum hostis foris pulsat. Temporibus autem angustis deprehensi sumus, nisi quod victores opportuni fecerimus requiem nullam habemus, hostilis copia est improuida multa tamen cernimus, increpitat facile, negligentes pessundabit. Itaque non fortuna modo sed etiam ratio cum barbaris stabit. Quocirca dum tempus adest, dum deus ipse fauet et ratio suadet, sequere oportunitatem oblatam, ne illudat hostis nostram cum milite comico iactanciam. Sufficient tibi deo auspice vires ad imperialia munera obeunda, virtutis tuorum nulla erit via, sed omne iter durum pietas vincet. Tum autem bellum ipsum necessario videatur suscipiendum, haud difficile tibi persuasum iri existimo, si ambicorum, si intentorum, si denique potenciam hostis tui perceperis, hic certe post subactum orientale imperium, quod illius gentis more Romeorum appellabant Romanorum tui regni dyademata ambit. Occupat Europae terras usque ad limitem Danubii, Hungariam longo inoppugnatam vastare parat, teque exinde debellare conatur. Potencia eius copia magis quam virtute fortis, multitudine exuberat, in multis gentibus cumulata, que sibi vel possessione subsunt vel pendunt vectigalia. In Asia utramque Phrygiam occupat et item Bithyniam et Gallogaciam (sic), Pontum, Liciam, Pamphiliam et Cappadociam, in Europa Greciam omnem, Macedoniam, Thraciam, ambas Mysias et Epirum in parte, multas Egei maris insulas et Achayam vectigalem, pluresque alias regiones sibi censibus obnoxias. Hec omnia audiam eius voraginem exsaciare non possunt, nec ambitioni sue vel terminos vel modum imponere. Increpare solet Allexandrum, quod post orientem cunctum victricia illa arma occidenti non iniunxerit. Criminatur Pyrrhum, quod victor in Italia quasi victus discesserit. Effert et prefert se omnibus animo, omnia tibi regna et omnem potestatem spondet, que sua etas preualebit armis circum agere. Quere, age, attende et intende quid sibi arroget tam infrenis ambicio, quid tam seua intencio velit et quid possit tam copiosa potencia. Et si hactenus in hoc posse ponderando erratum est, gaude in futurum laudem, profecto merebitur agniti erroris repudium. Crede indicibus, non porcionem aliquam solam cristiane societati, hostis ipse ledere conatur, sed ipsa catholice religionis fundamenta comuellere. Utque deinceps crebrioribus impugnationibus, omnia fidelium membra pulsentur et nulla porcio quecumque in eo consistet, ab huius modi infestacione sit libera, ita ut periculis nec ocia distancium careant nec labores vicinorum. Sequitur ergo nos militandi necessitas quam horremus. Attende quam parum tuta futura

est cristiana maiestas sine viribus. Aut merces certe nunc belli aut negligencie pena paratur. Que omnia cum ita se habeant, intellexisti Imperator cicius forte quam audisti bellum ipsum presens oportunum et necessarium esse, quod prius iustum, utile ac facile fore persuaderi voluisti. Restat ut exequaris decreta et pertractes de procedenci modo, ydoneosque duces adhibeas. Magna est principibus tuis in affectu militandi ordinacio, magna in armis disciplina, in militibus armatura, in accionibus robur, in exercicio feruor. Magna denique in conflictu hostium assiduitas, ac victorie animositas. Imitare possunt priscos bellorum duces, qui in catholice fidei defensione fulserunt. Ad quorum periciam ex hiis nonnulli hac nostra etate tanta emulatione accedunt, ut ex eorum virtutibus par et multiplex possit sperari succursus. Nichil tibi penurie obstat, nichil extra te augustam tuam mentem angustat; memineris modo, si ante hoc prius, nunc potissimum te Cesarem esse et cogita quid tue rationes expostulent. Considera deinde vulnera catholice ecclesie, cuius nuncuparis aduocatus. Attende opprobria orthodoxe fidei, multitudinem demoliencium eam, defendencium paucitatem et difficultatem defensionis. Age tum tempus adest ut dispellas tempestatem cui remedio es quesitus. Age, inquam, ut fideles queruli et gladium pariter et iugum Pharaonis euadant, fideli tuo liberati sint et medicati obsequio. Et si de hoc hoste, o principes incliti auspicio imperatoris vero triumphabitur, nemo nobis alienus pacis et gaudii auctoribus communicabit inultus, liberati quidem exultabunt, liberatores gloriabuntur. Illis relinquent solam pacem, ipsi soli pacem simul et gloriam suscipient qui soli pugnabunt et vincent. Postremo si forte expectas excellentissime Cesar ex parte Hungarie quid dicitur, querelam eius ante exponere opus esset quam mentem. Sed quia hunc finem dicuntur assidue querele quod interdum queri pudet, dimissa hac intenciones eius et vota dicemus quamquam et in hoc serio non potest ignorare maiestas tua, quam cum his hostibus ex veteri institutione exerceamus, sic nec potest dubitare quid dicturi venerimus, Hungari semper pleni sudoris et sanguinis per se habuerunt rationes necessitatis sue. Nunquam abnuerunt hoc tale et pro propria sua et pro fide certamen, si precipuam periculi sortem pecierunt primi et tulerunt. Quos in hac re graui firmos, firmiores vero salubri decreto fecisti, quod quidem dum publicari sensissent, tanta affeccio eis stimulos admouit, ut non solum asistere nobis, sed ruere parent in hostium tela, alienatis animis a memoria periculi. Et in primis quidem serenissimi Regis nostri quidam animi ad hoc sacra spirat etas, quam sane etatem, moribus pretransiens magno effectum et fide virtutes suorum precessorum secuturus, ne leuandum modo, sed honestandum tam solens aspirat ut nullum sibi hostem, nullam vim, nullos impetus, nullum vero discrimen vitandum unquam putet. Omnes principes eius omnesque magnates, utriusque status, et tota regni nobilitas huic pio operi consenciant, huic student. Nullum indigenam Hungarie nomine

quacunque sit etate aut valetudine qui hoc tempore si fas putaret de salute cristiana non ferre sinatur, qui tantam frequentiam tantumque splendorem principum in promocionem, custodiamque fidei elaborare audit, presertim qui potentes sunt in re ista, prudentibus exempla mandare, imperitos docere, tepidos erigere, bonosque omnes concitare. Habes igitur ex Hungaria Imperator quod expectas, offert petitum succursum et exequi omne petit oblatum, quia licet non dum Grecorum adequetur condicio, implicatur tamen curis. Beneficio alieno non dum gaudet Hungaria, sed iam indiget, et eo magis indiget quo mole et impetu maiore pulsatur. Verum si illa hactenus tulit aliis defensionis beneficium, si lateribus vulnerabatur, quisuis ceteros protexit: tempus adest ut referatur nunc grati vicem, dum et sue indigencie et vestre indulgencie ratio suadet. Et non sinite labi eos qui difficulter erigerentur elisi. Ad quod sane et vicinitatis debitum et strenuitatis viucitas vos hortantur. Nam absque auxilio nec ipsum posse proficere, nec aliis prodesse putamus et licet hostem illum nec fugare possit Hungaria nec fugere, omittere tamen omnino resistenciam non poterit quid an eciam sustinere valeat certe subdubitat. Ubi si clades aliqua deinceps inciderit infamiam cum omnibus cristianis, fortunam soli Hungari presencient iureque reputabitur desertoribus maiusque desertis noxe fore solisque desertis periculum presens, desertoribus vero futurum cum dedecore imminebit. Et non digne tandem redarguent in potenciam Hungarorum, qui eorum labores nunc aspernando refugiunt. Audiuius nuper narratione recenti exurrexisse hostem nostrum intentareque et parare bellum. Bellum in quod animas intendit, ut primus regnorum vicinorum effringere limites ac demum victas possessionis turbide preteruadere in immensum non metuit, ne non vincat cum sanguine. Si ergo ille finem pertinacie, finem audacie non fecerit, ruere ne ac deflagrare omnia passuri sumus. Ne quamquam certe cedendum esset, unius hominis non tam potencie quam furori, quin ymo occorendum est ei apto tempore, quo tam labor militum quam impensa facilius erit, quantus et ab infirmis auferatur morbus et sanos non contingat. Non enim parum facilitatis ac sacietatis erit retorquere eum tunc cum venerit, ut nunc prohibere donec aduenerit. Nos certe omnes consilio manuque utiliter adstabimus, nec operam nostram bellicosam vieque laboribus subtrahemus, vel ductoribus vel comitibus, ut placet Hungaris utimini, quibus de moribus condicionibusque hostium expetior ratio necessitate vicinitatis constat. Vides ecce Imperator clarissime vota, vides oblata Hungarie, vides denique nichil liciti obstare tibi, quo minus spe et opinione pendentibus exhiberes premissa. Satisfac ergo et tu votis expectancium. Sequere te ipsum optime sentencie ducem, hactenus etati vixisti, fac deinceps ut glorie super vivas et intersis posteritati tue ut cum dies novissimus cursu vere advenierit, non vita tante maiestatis sed mortalis finita videatur. Res est

augusto digna, augustam promptitudinem ei appone, et fortis ac operosus appare, ut et socii feriatu tecum una quiescant in pace Amen.

Explicit oracio habita in Noua Ciuitate coram Imperatore Friderico Tercio pro facto Turchorum per Iohannem episcopum Varadinensis ecclesie Cancellarium. Tunc unus ex oratoribus regis et regni Hungarie XXIII. Marcii 1455.


(Egykorú másolata a müncheni királyi könyvtár 4016. számú codexében. 46—49. levél.)



II.

1455. Márczius 27.

Vitéz János nagyváradi püspöknek a német-ujhelyi congressuson tartott második beszéde.

erenissime princeps et excellentissime Imperator vocati et tandem missi ad te in rebus fidei et defensione fidelium promouenda venimus ex parte Serenissimi Regis et domini nostri ac regni sui Hungarie ut obsecutores huius sancti propositi ad auctorem. Conparuimus in presencia et auditorio maiestatis tue, proposuimus que ad rem ipsam commissa fuerat (sic) ac simul exposuimus mentem domini nostri et regni sui quibus est constans et perpetua voluntas assiduaque promptitudo non obstentare nunc primum nouellam tirocinia sed astutam maliciam aduersus hostes fidei exhibere; verum quia intelleximus et cognouimus interuenisse dudum restareque adhuc differentiam quandam et plane non paruam inter maiestatem tuam ac inter serenissimum dominum nostrum uti Regni Hungarie ac eciam uti ducem Austrie, que licet in eo nunc feruore non sit, ut omnem spem fraterne inuicem concordie submoueat, si tamen amplius sine compositione duraret, posset verosimiliter in eam suppositionem deuenire, quo et mutuo hinc inde amoris et cepto huic sancto proposito vel impedimenta forsitan parare vel dilaciones incommodas obicere (sic) potens esset. In qua re etsi nobis principalis legacio imposita non fuerit pro bono tamen iusticie et pacis quibus commissionem et mandatum accepimus ut si tractanda occurrerent, loquendi in ea ac proponendi ac ad finem concordie eam prosequendi facultatem haberemus. Cum igitur intellexerimus quod magnifici domini Gubernator et barones Regni Bohemie indulto Serenitatis tue ac eciam Serenissimi domini nostri Regis et maiorum nostrorum consensu in ea re et differentia componenda sese interponere velint paratosque mediatores sese exhibent. Nos iuxta commissionem nobis factam nec mediatores ipsos sed nec concordiam equam recusamus, quin ymo ad eam pertractandam et pertractare videndam et operam et presenciam

nostram nunc offerimus et consequenter, quociens opportunum fuerit, exhibere parati sumus. Quod si forte Serenitas tua expectat pro hac re incipienda audire aliquid de mente Serenissimi domini nostri Regis ac regni sui Hungarie nos ne et huic principio deesse videamur dicimus nichil noui nos attulisse nec aliquid noui petituros venisse. Sed cum res ista alias proposita et tractata fuerit apud maiestatem tuam non videmus opus nunc esse ut repetantur tunc proposita quorum Serenitas tua et consilarii eius optime conscii sunt sed id quod petitum fuit idem nunc quoque petimus expectamusque tanto maiori fiducia, quanto magis nouimus nichil iniusti petitum esse ut Serenitas tua si tunc distulit, nunc saltem velit rem ipsam bono fini reddere ac fraterne concordie beneuolam compositionem maturare utque et illud quod principaliter nunc promocioni nostre iniunctum est videlicet factum et propositum defendende fidei, dignetur simul optato fine concludere attento quod tanto sapidior et utilior res ipsa futura est, quanto maioris diligencie et solitudinis condimento peragetur.

(Egykorú másolata a müncheni királyi könyvtár codexében, hol közvetlenül Vitéz első beszéde után következik, és ily czímet visel:

„*Replicacio facta per eundem, coram eodem, loco et anno eodem, quinta die post precedentem oracionem, hoc est XXVII. mensis eiusdem.*)



III.

1456 elején.

Vitéz János nagyvárad püspöknek, a Carvajal bíbornok pápai legatus által a törökök ellen tervezett hadjárat tárgyában tartott beszédjére, V. László magyar király nevében adott válasza.

Beuerendissime Pater! Religiosam operam recte ac digne apostolice cure congruam, pacemque idoneam nunc oracione, ac simul adhortacione reuerendissima paternitas vestra egit, et prosequuta est, quam sane ex mente, et iudicio serenissimi domini nostri regis adeo religiosam dicere libet, ut recte credatur, non modo pro christiano statu, verum a christiano capite profecta; et licet illius optimi pastoris, sanctissimi domini nostri, summi pontificis circumspecto ministerio multa in christianum populum beneficia collata numerentur, utpote, qui ab exordio suscepti pastoralis officii, manifestis indiciis toti salutifer orbi apparuit; aperte tamen contendere ausim, nullum ex his beneficiis, vel saltem vix unum, aut alterum melius, quam hoc, quod presenti oracione explicatum est, vel obtulisse eum unquam, vel collocasse; quippe cum mersam, ac pene obtritam christiane religionis partem in libertatem ac lucem vocare dignum duxit. Quequidem beneficia sua, ipse sanctissimus dominus noster, nullo pacto melius, quam ut augeat, tueri posse ratus; verum summe consulere parat, imitaturque apostolicam solitudinem veterem, per quam christianum nomen, et fidei creuere vires, famaue, et imperii porrecta maiestas. Adhortatus audiuit itaque, et intellexit maiestas regia, quae circa rem hanc paternitas uestra dicere nunc, explicareque et perorare voluit; ubi in primis gratulatur serenitas sua optato aduentui paternitatis vestre, saluamque eandem, cum tam digne rei nuncio, venisse, admodum gaudet, videt autem si quando alias, nunc multum desideratissime. In quo existimare potest paternitas vestra, quanto consensu exceptum sit, cum diceretur, quod tam desideratum, et fauorabile fuit prius, quam dictura videretur, potuitque forsitan res ipsa apparacius moueri apud multos, sed nullibi efficacius promoueri, quam apud maiestatem regis nostri. Credit enim,

et ita secum reputat, quod in tota intencione sanctissimi domini nostri, circa rem hanc prosequendam, nihil vel sit, vel esse possit, quod non sibi tanquam in sua et placeat, et pro voto futurum credat; potissime, quod in ceteris accionibus existimacionem hominum, diligencia precipue, et fides locum vendicat, in hac vero eciam pietas subiicitur. Quamobrem respondebo ad ea, que paternitas vestra reuerendissima verbis, et susceptae rei, et voto regie maiestatis, equis, ac consonis tetigit; paucis mentem serenitatis sue pro isto nunc tempore, ut iussum est, explicabo. Et in primis, ubi in summa ipsius oracionis declarabatur consilium, diligencia, promptitudo, et prouisio apostolice sedis, quas ad tuendas christiani naufragii reliquias, propagandumque catholice, vere et unice fidei finem decreuit iam, et fecit: serenissimus dominus noster rex diligenciam, et promptitudinem hanc magni facit, consilium vero, et prouisionem tanta affeccione offert, ut si iuxta vota prouisioni huic explicate facta sequentur et effectus applicabuntur, nihil commodius et salubrius, nihilque prestabilius vel reperiri valeat, vel cogitari; in hac paesertim etate, qua vix unquam alia oppressionis christiane ferocior fuit. Grauisimo quippe christianorum vulnere, magno aliquo fomento medendum erat, quod quidem ut cumulacius conficeretur, rectum fuit consilium ad publica suffragia quasi ad singulare remedium decurrere, quatenus in comuni causa omnium, sub spe communis auxilii, velut quibusdam amminiculis proposita tutande fidei ministeria sustentarentur, ut vera defensionis huius cura, laborque susciperetur facilius, optime circa hec a sanctissimo domino nostro prouisum fuit, ut tam premiis spiritualibus, quam eciam exquisitis legatorum suorum adhortacionibus, animi fidelium incitarentur. Quod autem apostolica sedes prouisionis huius exordia, primaque defensionis alimenta a se incepta, a se quoque pollicita commendat; obligato efficit omnes fidei sancte subditos, ut et magisterio eius, et exemplo edificati, quam potissimum viam euadendi de comminatis periculis sequerentur.

Tetigit preterea superius reuerendissima paternitas vestra de casu, vel potius occasu orientalis imperii, ne dicam capte urbis illius, et item de profanatis sacrariis, ac de iugo, nece, ac prostitucione christianorum capitum, victoris Turci ludibrio subiectorum. De quibus commemorare, quid aliud, quam refricato commiserationis vulnere noue lacrimae reddi possunt; quandoquidem eo euentu inter, et post alia horrenda verisimiliter apparuit, non odio solum apud hostes, verum contemptu eciam et negligencia apud socios nomen christianum laborare. Optaret tamen videre serenissimus dominus noster rex dies illos, in quibus se comite et socio, contractam ex inde ignominiam magna virtute corrigere, et abolere flagicii memoriam noua christianorum gloria Deus ipse propicius pateretur. Ea enim est adhuc christiane religionis condicio, que aperte, ac digne defendi et mereretur, et expectat, possetque efficaciter, si modo tanti apud christianos illius protectio, quanti

apud aduersarios eius impugnatio estimatur. Venit posterius paternitas vestra in oracione sua ad eam partem, in qua serenissimo domino nostro regi persuadere placuit, eum que ex parte sancte apostolice sedis commonere, ut ad ea, que ad opus tam sancte prouisionis exequenda decreta, proposita ordinata, mandataque sunt, cooptando, et exurgendo, animum, atque operam opportunam adhiberet. Ad quam partem im prompto respondet maiestas regia, facile apud se in re ista persuasum iri, in qua videlicet ultro gerenda, eidem hereditaria a presentibus cura successit. Quam ob causam admoneri quidem potuit, ut exurgat, rogari autem non debet, ut faciat, quod sibi iam ex debito, quodam faciendum sponte occurrit. Attamen rem hanc solito magis curandam, potens ipse auctor faciet, ad cuius voluntatis interpretationem, sententia regiae serenitatis semper dirigenda erit: illum huius consilii ducem, se comitem faciens, futurum ratus non solum studio, sed etiam iudicio suo satisfacere parat. Neque tantopere, quid pater optimus in presencia velit, sed quid semper probaturus sit, considerat; et ita considerat, ut semper sibi elaborandum, euitendumque intelligat, ne qua parte videatur hanc explicatam de se fiduciam prouidentissimi pastoris destituisse. Ad plura deputabuntur consiliarii, pro conclusione eorum, que tractanda erunt.

(A beszéd élén e cím áll: „Responsio prima ad precedentem oracionem apostolici legati per Dominum Ioannem Waradiensem episcopum.“

Egykorú másolata a melki szent Benedekrendű apátság könyvtárának 13. számú 4-edrétű papircodexében, a 275-ik levélen.

Kiadta Pray, Annales Regni Hungariae. IV. 164. l. De számos, köztük lényeges hibákkal. A jelen correct kiadást Stauffer Vincze könyvtárnok szíveségének köszönöm.)



II.

AENEAS SYLVIUS PICCOLOMINI

LEVELEI

VITÉZ JÁNOS

NAGYVÁRADI PÜSPÖKHÖZ.

1453—1457.





I.

1453.

Reuerendissimo in christo patri et domino Johanni episcopo varadiensi incliti regni Hungarie cancellario, domino suo venerandissimo, Eneas episcopus Senensis imperialis consiliarius, salutem plurimam dicit. Insignis eques dominus Procopius de Rabsten, vetusta mecum beniuolentia coniunctus, scripsit ad me nudius tertius, cancellariatum preclarissimi bohemie regni sibi commissum esse; eam ob causam rogatum me fecit, prestabilem virum dominum Nicolaum de Volaterris legum doctorem, socium meum amantissimum, ad se mitterem, cuius opera in cancellaria uti vellet. Non potui negare, quod sincerus amicus petiuit. Mitto ad eum virum pure fidei et doctrine probabilis, cui et oratores et poete magna ex parte noti sunt, quamuis maius studium eius in iure ciuili versatum sit. Is vestram dignationem, et suo et meo nomine, visitabit. Commendo eum dignitati vestre, reputaturus mihi ipsi prestitum, quicquid in eius personam vestra prestabilitas aut auxilii aut humanitatis impenderit; nam mihi homo singulari caritate et affectione connexus est. Puto virtutem eius, postquam noueritis, una mecum diligetis. Valeat reuerendissima paternitas vestra, meque pro suo utatur arbitrio, et quotiens Nicolaum offenderit, alterum Eneam datum sibi obuiam existimet. Ex Noua Ciuitate die XIII (sic) 1453.

(Aeneas Sylviusnak sajátkezűleg irt leveleskönyvében, a bécsi udvari könyvtár 3389. számú codexében. 185. levél. *Kiadatlan.*)



II.

1453. Deczember 24.

Aeneas episcopus Senensis domino Johanni episcopo Varadiensi, cancellario Hungarie, salutem plurimam dicit.

Regias litteras, Reverendissime pater, in mei commendationem ad summum pontificem scriptas, nobilis eques Procopius, regni Bohemie cancellarius, proximis diebus ad me direxit, emissas ex duplici cancellaria. Quibus, ut ex transumptis earum cognoui, nihil aut feruentius aut limatius scribi potuit, his presertim que tua ex cancellaria prodiunt. Intelligo me non esse deo despectum, qui tanti principis gratiam merui. Quis enim non maximi faciat clarissimum inter christianos ac potentissimum regem, et sibi affectum esse et pro se scribere. Quippe non minus est huiusmodi litteras, quam rubeum pileum meruisse. Hoc tamen ego non attribuo meis meritis, qui nosco imperfectum meum, et quam sit tenuis in me virtus. Nobilissima regis natura et beneficus animus est, qui seruorum suorum, quamuis minimi sunt, non est oblitus. Deus illi contra hostes victoriam, cum vicinis pacem, cum subditis quietem tribuat, et prosperos in omni vita successus, qui mei memoriam non deposuit. Scio tamen multum me debere dignacioni tue, simulque domino meo Patauiensi, atque Procopio, quorum verba regio culmini me commendarunt. Inspiciens insuper litterarum, que pro me scribuntur, tenorem, sencio tuum esse dictamen, sicut et pulpa et neruus et ornatus oracionis ostendit. Egistis amici causam, agere ut amici solent; quamuis non putem ego amicum, sed seruum me esse tue dignitatis. Neque si fuisset negocium tuum, aut ardencius aut efficacius scribere potuissetis. Nihil ad hec dicam. Recommittam deo, beneficia quibus retribuere non possum. Ipse tue dignacioni merces erit. Me non dabo illi amplius, cui semel me dedi. Scis ubi sum gencium, ibi me seruum habere, et uti pro arbitrio posse. Neque plura modo. Cupio semper in tua esse memoria, sic enim et in gracia magni regis futurum minime me dubito. Vale in christo feliciter. Ex Noua Ciuitate die vigilie natiuitatis 1453.

(Aeneas Sylviusnak sajátkezűleg irt leveleskönyvében, a bécsi cs. k. udvari könyvtár 3389. számú codexében. 81. levél. *Kiadatlan.*)



III.

1454. Január 22.

Johanni Episcopo Varadiensi.

Beuereudissime pater et domine colendissime. Post recommendacionem. Johannem Nihili Astronomum eruditissimum quid ni putem vestre dignacioni notissimum, quem tota Germania atque et Italia et nouit et laudat. Huius origo ex Bohemia est. Parentes ei neque obscuri, neque inopes fuere. Sed ortis in patria bellis grauioribus, atque de fide certaminibus, cum agros, armenta, viros, ferrum et flamma deleret, Johannes admodum puer domum reliquit, extorris, nunc apud hos, nunc apud illos mansit, deditque se tandem litteris, imbutusque philosophia, non sine maximo labore, (neque enim facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi) astronomiam sectatus est, atque in ea disciplina summus euasit. Venit deinde ad cesarem, et ab eo cupide receptus, diu inter aulicos nostros et dilectus et honoratus in paucis est. Hic ego beniuolenciam et amicitiam cum eo contraxi, sumque ipso usus pluribus annis familiariter, cum et moribus et doctrina eius non mediocriter oblectarer. Is modo, quia dono superum et incliti regis Ladislai diuina virtute, patriam quietem accepit, domum reuertitur, et, si patrimonium, ut par est, vendicare potuerit, atque auita consequi iura, inter dulces amicos et propinquos, quod superat vite, degere proponit. Dixi hec longius fortasse, quam vestre aures cuperent. Sed volui, meus in hunc virum qui sit animus, ne vestram dignacionem lateret. Sic enim fieri spero, ut cum in suis agendis, expediendisque negociis, et sui causa, et mei contemplacione commendacio rem suscipiatis, presidioque sibi apud regem non modico sitis. Namque cum me vobis multis in rebus intellexerim carum et acceptum esse, non est mihi dubium, quin et amicos meos prestantes viros, vestro fauore dignemini. Is afferet Tertullianum, raptim et minus terse rescriptum, vestreque dignacioni restituet. Fuit enim consilium meum desiderio vestro potius cito et imperfecte morem gerere, quam sero et cumulatissime satisfacere. Valete in christo feliciter ex Noua Ciuitate die XXII. Ianuarii (1454).

(Aeneas Sylviusnak sajátkezűleg irt leveleskönyvében, a bécsi udvari könyvtár 3389. számú codexében. 94. levél. *Kiadatlan.*)



IV.

1455. Márczius 14.

Eneas episcopus Senensis Johanni Varadiensi episcopo salutem plurimam dicit. Rogasti me, pater obseruantissime, tibi ut aliquid noui operis scriberem. Nolui tuo desiderio deesse, quamuis scripta mea neque ipse magni facerem, neque te iudice digna, que in lucem venirent, existimarem. Parui iussioni tue; imprudentie potius quam contumacie notam incurrere volens. Scripsi pauca de Ratisponensi concilio, eaque tuo nomini dicaui. Nunc ad te mitto, neque minio rubricata, neque pergameno tradita; nihil ornati, nihil habencia cultus. Volumen papireum est, sine veste nudum; non te, sed sua materia dignum. Vale ac boni consule. Ex Noua Ciuitate, die XIII. martii MCCCCL quinto.

(A florenczi Laurentiana-könyvtár XV. századi codexében. Cod. XIX. Plut. LIV. Epist. 45. *Kiadatlan.*)



V.

1455. Márczius.

Doctissimo ac reverendissimo patri, domino Johanni Varadiensium prae-
suli, regnique inclyti Hungariae cancellario, Aeneas episcopus Senensis
et imperialis consiliarius salutem plurimam dicit.

Ratisponense concilium, quod imperante Frederico III. superioribus diebus celebratum est, si tibi quod initium, quemque progressum habuerit, ad verum denarrauero, non tuo tantum, ut arbitror, sed omnium desiderio morem geram, qui posthac mea scripta perlegerint. Grandia enim illic negotia, et quae totam christianitatem spectant, inter manus recepta sunt, parientque procul dubio maximum et uberrimum fructum, si coeptis aspiraverit divinus favor. Quamvis me futura praemeditantem christiani populi vel nequitia terret, vel socordia frangit. Tibi si melior animus spem bonam praestat, ne me celes oro. Sed dices fortasse: tertio ab hinc mense conventus Ratisponae cessat. Quae ibi gestae sunt iam pistores, piscatores, cetarii, cupedinarii que omnes decantant. Quid tu nunc afferas novi? Audio; nec moveor. Scio vulgata esse decreta concilii. Pleraque tamen invenies inter scripta, quae nondum ex aliis accepisti. Curavi namque, cum essem in scribendo tardior, opere ut supplerem, quod tempore defuisset. Legito ergo, si vacat, hanc epistolam, ne dicam historiam, et cum percurreris universam, si nihil auditu dignum scribimus, amici supervacuum sedulitatem contemnito? Sin qua tuas aures oblectamus, scito nihil esse nobis iucundius, quam tuae satisfacisse voluntati. Sed iam rem ipsam aggrediamur.

(Kiadta *Mansi*, Orationes Pii II. P. M. Lucca. 1759. III. 1. 1.)



VI.

1455. Május 15.

Gneas episcopus Senensis Johanni Varadiensi episcopo salutem plurimam dicit. Intellexi plane, que Johannes Troster ad me detulit. Ita sunt tempora, ut nihil pre se stabile ferant. Nobis nihil conducit magis, quam ut tempori vitam coaptemus nostram, et utamur sapienter foro. Utinam homo ille, e cuius manu respublica pendet, ita paci consulat, ut quiete inter Christianos parta, contra Turchos arma sumere valeamus. Ego hic, quantum mihi licebit, et quantum voci mee pondus inerit, concordie semper consulam, cuius fructus sentire magis quam predicare voluerim. Cum Romam venero, quod propediem est futurum, si pietas diuina fauerit, de classe Italica sollicitus ero, atque, ut Cesar iubet, neruos intendam meos. Persuadeo mihi, rem facile apud Italicos cursum habituram. Utinam Germani simili ferantur impetu, et spei faciant satis, quam dederunt regio culmini, simulque tue Dignacioni. Scio, quantum teneor, pro literis ad me missis, officio; quantum verbo gracias. Ubi facultas adsit, agam libencius. Homini, qui similia scripta attulit, nihil inuideo; dignus est enim cui omnes faueant. Vereor tamen, ne qui duobus honorem querit, neutri possit. Neque enim parua res est que petitur, neque pluribus concedenda. Sed infectum esse nequit, quod factum est. In stadio multi currunt, et uni brauium datur. Quod si non accipit, cui potissimum faueas, bene est, si ei palma cedit, quem loco secundo diligis. Vale in Christo optime, et si que sunt, que me Rome curare velis, non est cur labori meo ignoscas. Reliqua ex Johanne cognosces, quem tibi carissimum esse cupio.

Ex Noua Ciuitate, quinta decima maii MCCCCL quinto.

(A florenczi Laurentiana-könyvtár XV. századi codexéből. Cod. XIX. Plut. LIV. Epist. 90. *Kiadatlan.*)



VII.

1455. Julius 18.

Gneas episcopus Senensis Johanni Varadiensi antistiti salutem plurimam dicit.

Virgilius has tue Dignacioni litteras deferet, non ille Mantuanus vates, toto notissimus orbe, sed Brixienensis; quamuis illo inferior, nobili tamen loco natus, et animi, corporisque dotibus non ignobilis. Qui cum magnam orbis partem lustrauerit, ac diuersarum mores gentium viderit et urbes, non tamen satis instructum credit se, nisi et Germanie consuetudines pernoscant. Cupit vel regi vel cuiuspiam domino potenti seruire, dum viret idonea labori fecundo iuuenta. Is multorum testimoniis apud me commendatus est, quo fit ut eum ultro in tuo conspectu non timeam laudare, teque rogare, ut sibi fauori sis, iuuesque suum propositum, quando et bonis prognatus est parentibus, et ipse sua virtute probatus. Precor igitur, ubi possis, voluntatem eius adiuues; ostendasque sibi preces meas apud te non esse irritas. Id ego beneficii non parui loco suscipiam. Vale. Ex Noua Ciuitate XV kalendas augusti MCCCCL quinto.

(A florenczi Laurentiana-könyvtár XV. századi codexéből. Cod. XIX. Plut. LIV. Epist. 99. *Kiadatlan.*)



VIII.

1456. Deczember 27.

Gneas cardinalis Senensis Johanni Varadiensi episcopo salutem plurimam dicit. Quod ex Nicholao pontifice maximo magnopere eflagitasti ad nostri honoris augmentum, iam nunc Calistus successor eius executus est. Is enim proximis quatuor temporibus exactis, ad Cardinalatus ordinem nos assumpsit. Qua de re longe magis tuam Paternitatem letari, quam nos ipsos, non dubitamus. Neque ab re quidem; nam nos parum gauisi fuimus ex hac promociōe, cum intelligamus honorem non merenti creditum ignominiam potius esse, quam decus. Tua vero Dignacio, que me pluris existimat longe quam valeo, non mirum si amicum libenter audit sublimatum. Utcumque sit, id sibi persuadeat tua amicitia, volumus, quod re ipsa comperiet: nos scilicet suos esse; nec aliam ob causam magis cupide hanc dignitatem Cardinalatus accepisse, quam ut tibi aliquando, in aliqua re digna, morem gerere possimus. Datum Rome die XXVII Decembris Anno MCCCCLVII.

(A florenczi Laurentiana-könyvtár XV. századi codexéből. Cod. XLIV. Plut. XC. n. 18. — Ki van adva; a bási kiadásban a 198. szám alatt.)



IX.

1457. Márczius 11.

Gneas cardinalis Senensis Varadiensi episcopo salutem plurimam dicit. Scripsimus nuper de nostra ad Cardinalatum assumptione, quam tua promociōe factam non ambigimus. Quantum tibi teneamur, id eciam tum diximus. Non est cur modo iam dicta repetamus. Nos in hac dignitate constituti, quantum Hungarie regno, quantum regie persone, quantum Dignacioni tue debeamus, ante oculos semper habebimus. Tuum erit opera voluntarii hominis uti; nobis in tuis negociis exerceri voluptas. Interea rogamus, regie sublimitati nos commendes, studeasque, ut de nostra promociōe summo Pontifici et sacro Collegio gratias agat, cum pro nobis sepius scripserit. Vale optime, et nos, ut soles, ama. Nam nos Dignacionem tuam, uti patrem colimus et obseruamus. Ex urbe Roma die XI. Martii Anno MCCCCLVII.

(A florenczi Laurentiana-könyvtár XV. századi codexéből. Cod. XLIV. Plut. XC. n. 34. Ki van adva; a bási kiadásban a 245. szám alatt.)



X.

1457. Augustus 10.



Aeneas Cardinalis Senensis Episcopo Varadiensi salutem plurimam dicit. Quantum de captiuitate tua indigna et acerba dolumus, tantummodo de liberatione gauisi et summopere exhilarati sumus. Quippe non solum Dignacioni tue, cuius bonitas et innocencia magnifice patefacta est, verum eciam serenissimo Regi Ladislao congaudemus, cuius beneficencia et animi rectitudo in dies magis ac magis elucescit. Namque, sicut nobis relatum est, cum persona tua in arce Budensi retenta fuit, minime animus regius ad eam rem inclinatus erat; sed seduxerunt eum eorum consilia, qui tue virtuti inuidebant; nec Rex, adhuc iuenculus et in regno nouus, magnis consultoribus aduersari audebat. Cessit furori, loco et tempori. Illud tamen cauit, ne quid in corpus tuum emuli tui molirentur. Sed nunc que sua mens fuerit, aperte liquet. Nam qui, alieno consilio atque importunitate, Dignacionem tuam in carcerem coniecit, idem suapte ingenio libertatem tibi restituit. Ob quam rem, nemo est, qui non intelligat capturam tuam ab emulis tue probitatis, liberationem vero ac salutem a solo Rege processisse. Est igitur quod et tu Serenitati Regie, quemadmodum hactenus fecisti, ita et in posterum, summa cum integritate seruias; nos autem et ceteri, qui te amamus, gratias referamus, quod nos quidem minime negligemus. Eramus hactenus occupati, ut liberationem tuam literis apostolicis et nostris procuraremus, quas bis regio culmini transmisimus; quarum primas, mox intellecta nouitate, transmitti curauimus, alteras vero Laurentius Rouarella nuncius apostolicus secum attulit. Cui eciam verbo procuracio tue salutis, nobis annitentibus, commissa fuit. Sed intelligimus eum, tuam Dignacionem iam restitutam libertati inuenturum, quod quidem gratissimum est. Nam et regraciari Regi, quam supplicare, longe est prestancius, et honor tuus maior procul dubio redditur; cum non precibus, sed innocencie, libertatem tuam

concessam esse manifeste liqueat. Rogamus igitur, deinceps bono animo sis, et iocunde viuas; de nobis vero, tanquam de veteri et fideli amico fiduciam obtineas, sciens, quod votis tuis, que quidem in nostra potestate fuerint, nunquam deerimus. Vale et Reuerendissimis patribus Strigoniensi et Sancti Angeli Cardinalibus, apostolice sedis legatis, si quando cum eis conuenies, memoriam nostri facito. Datum Rome, die X. Augusti, Anno MCCCCLVII.

(Ki van adva; a bási kiadásban a 370. szám alatt.)



Nyomatott Bécsben, Holzhausen Adolfnál.